

pestates, quibus omnes teguntur vix: & si qua forte invenitur, similis est angustis fœdit, quæ nonnumquam videntur in arena, quæ in litore maris est, quam ætus delet, ita ut ne ulum quidem vestigium relinquat, & quæ sequi nemo potest, quia sepe periculo obijcit in abyssum prœcurrendi. *Sermone Christiani pro quarta Dominica post Pascha.*

Ilud vero mundanorum societatem magis efficit deplorabilem, quia mundus illos in hac vita facit infelices, ut in altera eos in æternum miseris reddat. Hoc enim ipsius Jesu Christi oraculum est, pro fide a Christiano quovis habendum, moraliter impossibile est in mundo salutem suam operari. Ut salvemur, crucem feramus oportet; quoniam vero modo hoc munere defungi possumus in Christianismo, ubi Crux non minus infania obijcit, quam olim Ethnicis fuerit? Ut salvemur, nosmetipsos abnegamus oportet; quoniam vero modo hoc fieri potest in mundo, ubi quilibet sibi fatiscere querit, ubi voluptates non intermittuntur, nisi quoad defesse vires reparentur? Ut salvemur, humiles simus oportet; quomodo vero esse in mundo possumus, ubi non alius Deus est, quam superbia; & ambitio? Ut salvemur, opes necessario sunt deferendæ, fin minus re, saltem animo, & corde; quomodo vero in mundo possunt deferi, ubi omnes industrie vires impenduntur, ut terra bona acquirantur? Verbo; quomodo Jesum Christum imitari possumus in mundo, cum hic illius sit infensibilis hostis, eique rebus in omnibus adversetur? *Specimina sermonum pro Dominica, primo Quadragesimæ Dominica.*

Certum est inter ipsos etiam Christianos mundum esse, qui Christianismi est inimicus, & quem reprobat Jesus Christus. Hic ille mundus est, qui Deum ignorat, ut S. Joannes ait, & Dei filium odit; quemadmodum ipse filius Dei queritur: *Mundus me priorem vobis odio habuit.* Joann. 15. Hic mundus, licet in speciem Christianus videatur, Dæmonem habet principem, & caput: ex reprobis constat, & cum precum suarum participem mundi Salvator esse recusat. *Non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi.* Joann. 17. Hic ille mundus, quem ipse vicit Salvator, & sua cruce confudit; quem S. Paulus respiciebat tamquam scelestum supplicio damnatum, affectumque propter scelera ipsius, contra quem sancti omnes bellum intulerunt, & qui sanctos omnes persecutus est. Luce igitur meridianæ claritas patet, quod esse de hoc mundo, & de reproborum numero esse, illum amare, & se Dei inimicum profiteri, unum & idem est: *Quicumque voluerit amicus esse saeculi hujus, inimicus Dei constituitur.* Jacob. 4. *Pater de la Colombiere, sermone 57. de mundi erga.*

Valis ne libere dicam quod sentio? mea sententia est, fortasse non esse absolute impossibile, ut aliquis in mundo innocuum vitam traducat, verum ad id plurimis opus esset curis. Oportet adeo jugi vigilantia uti, tot, & tam gravia fulminare prælia, ut in aulicissima vi ratione influentia multo leviori labore opus sit. Ita est, Audientes, nulla est tam horrida solitudo, nullas labor seu corporis, seu mentis, quem libentius non subire, quam cogere in mundo vivere eo modo, quo scio, & quo ibi vivendum esse cogitoco, ne in interitum ruerem. Si in mundo tuti sumus, ubi quæso salus nostra potest periclitari? In ipsis quoque cenobiiis metendum est, unde omnes exulant occasiones, & ubi sexcentis protegimur vallis contra demonis artes; & nos eo in loco tantos existimamus, cujus omnes aditus patent, & ubi infinitæ numero sunt peccandi occasiones? Proh Deus, dubitatur adhuc; utrum difficile sit innocuum ducere vitam ibi, ubi videmus, omnes difficultates, quæ oppositæ possunt vite integritati, omnes palam esse congregatas.

Crimina, quibus homines sunt obnoxii, ita in mundo regnant, tantamque ibi tyrannidem exercent, ut nemo illa audeat impugnare, uniusquisque illa probet, reveretur, immo etiam commendat. Quin appareant tamquam vitia, quæ corrumpunt homines, & damnant, nihil nisi nobilitatem habent. Eadem libertate, & securitate parantur, ac si nihil deceptoris haberent, immo in illis invenitur, unde mortales glorientur. Illi peccatores sunt, qui iniquitatem sicut aquam bibunt, ut loquitur Scriptura; sed eam aureis bibunt cymbiis, & tanta cum jucunditate, ac voluptate, ut ne sentiant quidem venenum, quod ibi continetur; cumque hoc eorum improbitatem nequior efficiat, hac in omnes eorum actiones effunditur, atque in eorum usque præcordia mortem infert. *De Sancta Maria, tractatu de necessitate fugiendi mundum.*

Verum est, eos, qui in mundo sunt, nequaquam

adigi, ut explicite Jesum abneget, & idolis adoleant thura; sed ratio vivendi, & placita, quæ ibi vulgo regnant, cogunt illos, abnegare Crucem Jesu Christi vitam voluptuam, fastuosque referendissimam, crucifigere hunc ingenti peccatorum numero, & ejus sanguinem indignis confessionibus, & communionibus conculcare. Hac eodem cogunt animam suam ambitioni, amentationi, terrenique utilitatibus immolare; ac illos ita potentibus perionis, ex quarum nutu omnis illorum pendet fortuna, subijciunt, ut multo magis his, quam Jesu Christo pareant, illos adorent, eisque placere, ac mortem gerere, quam divine majestati malint obtemperare. Sufficit autem, non esse hoc pacto idololatram, ut mundi amatores te contemnant, vel persequantur. *Idem.*

Mundus est maxime terribilis nostre salutis inimicus, ex eo quippe alii præcipuas vires mutantur. Mundi nitens forma demoni fallaces ministrat illecebras, quibus animas seducit, atque corrumpit; mundus carni validissima suppeditat arma, quibus utitur, ut spiritui bellum inferat fatalibus voluptatum illecebris, quas obijcit omni arte compta, omnique nitore fulgentia exhibent nobis; denique hic mundus fovet concupiscentiam carnis, concupiscentiam oculorum, & superbiæ vite, quæ tria sunt sanæ germina cupiditatis, quæ malorum omnium est radix. Ita mundi Salvator Apostolos suos, eosque omnes, qui Christianæ militie nomen erant daturi, confirmaturus nihil aptius dicere poterat, quam certiores illos faciens, se jam victoriam retulisse de hoc mundo, ad quem oppugnandum illos mittebat: *Confidite, ego vici mundum.* *Idem.*

Loquimur de hoc mundo, pro quo Salvator se nequaquam orare in Evangelio testatur, de infelici hac impiorum ex omnibus statibus congregatione, qui suis indulgent affectibus, & misera sunt sententiarum hujus sæculi principia; *Non pro mundo rogo.* Joann. 17. Corruptum hunc mundum respiciebat Propheta, cum dicebat: *fugite Babylonem, ubi vitia triumphant, ubi virtutes contemnantur, ubi peccatum, & licentia grassantur, ubi non alia numina agnoscuntur, quam voluptas, honor, & opes.* Contra generalem hanc sæculi corruptionem accensa est ira Dei, qui cum indignatione populorum omnium impietatem intuetur: *Indignaris Domini super omnes gentes, & super super omnes gentes eorum.* Mala 4. Divites sunt in sua cupiditate insatiabiles, cum paribus superbi, cum inferioribus duri, cum pauperibus crudeliter. Hac avi sui divitis Salvatoris olim dicebat. Verum illud magis adhuc miserum est, quod pauperes nihilominus vitioli sunt: ob status sui miseriam videntur Evangelicis regulis subiicendi esse; atamen, si S. Ambrosio credimus, in perisicis pauperibus invenitur egestas sine humilitate, tribulationes sine patientia, calamitas sine ulla erga divinam providentiam submissione. Ubiam sunt magis honeste professiones, ac status magis regulares, qui corruptionis hujus signa non gerant? At si mundus est in conditionibus, placitissime suis corruptus, in affectionibus suis est longe corruptior &c. *In speculato sermone pro Dominica Tom. 2. pro Dominica 20. post Pentecosten.*

Ex vobis quero, fideles, quid est mundus? Si vobis dicerem, illum esse scandali regnum, licentiae gymnasium, libidinum, vitorumque festinam, miseriam abyssum, nihil nimis me dicere existimarem. Verum mundus his coloribus pingi non solet. Quid ergo, fideles, est mundus, si iudicium ferre placet iuxta magis acceptas, mitioresque ideas? Mundum voco otiosorum hominum cœtum, qui inertia, & mollitie additi vitam producere quarunt, & nihil præterea; & cujus maximum negotium est, nullo implicari negotio. Mundum voco cœteram insipientium, quorum non alia est occupatio, quam videre, & videri, qui cor suum molliunt per ea, quæ maxime perniciosa sunt, quod de infans affectionibus suis gloriantur specioso fidelitatis, & constantie nomine appellantes obsequatissimum in flagitiis perniciam. Mundum voco festam voluptuosorum hominum, quibus alia, comestiones, sodalitates, omnis denique voluptas, cuiuscumque generis ea sit, supremi boni locum obtinet; qui nova excogitant solatia, equæ opportune variare discunt, ut jucunde alia aliis subrogent, eaque facile mutant, ubi prima ædium pereperint. Mundum voco ambitiosorum hominum multitudinem, qui quocumque pretio emergere volunt, huic nobilitatis châtneræ omnia sacrificantes bona sua, conscientiam, amicos; hominum, quos unius contemptum prostermit, aliena gloria torquet, & in quorum corde ali-quod semper odium est, in ore autem contumelia; quorum furens cupiditas magis, magisque inflammatur,

boni emendat  
subijcit tota  
corres fuit.

Mundus est  
præcipuus  
nostre salutis  
inimicus.

Investiva est  
ita huius mû-  
ti sagitta.

De gradibus  
per quos in  
mundo mor-  
tales demer-  
unt, deinde  
vitiis, quæ  
ibi grassantur.

prout e voto res cedunt, & nunquam extinguuntur, licet omnia illi adversa contingant. Mundum denique voco juvenum cœteram, qui aliud quodlibet efficiunt, præterquam munus suum, qui in otio, & nonnumquam in scelere illud traducunt tempus, ex quo illos quies, vel infelicitas in reliquum vite spatium pendet. Hoc ego mundum voco. *Auctor Anonymus.*

Fons magis communis errorum, falsarumque opinionum, quæ in mundo vigent, hic est, quod homines, cum se cognoscere incipiunt, viam magis tritam sequuntur, & probant, vel damnant, quod a frequentiori numero præbatur, vel damnatur. Tunc oculos conjiciunt in omne vite sue spatium, sibi que proponunt bonorum, fortunarum, quietis, & voluptatum systemata; consilia ineunt fatiscienti sensibus suis, indalgendi affectionibus, placendi potestatibus sæculi, & credunt, se legitimam hujus vite excusationem afferre, cum dicunt, statum, quo impliciti sunt, virtuti aptum non esse, & vivendum esse, ut alii vivunt. Hinc tepiditas oritur in amore divino, tardium pietatis, oblivio Dei, ac plurima alia vitia, quibus vita repleta est. *P. Allanne terno primo passionum Domini.*

Mundus neque Deum novit, neque illi servit. Occupationes, negotia, munera, quæ ibi habentur, non pauciora salutis nostre impedimenta obijciunt, quam ea sunt præstidia, quæ ad eandem operandam viam tribuat solitaria. Illi ipsi, qui magis frugi vivunt, sapienter, ac illi qui nullam regulam servant, iidem periculis patent; etenim quemadmodum fere impossibile est, quod se ipsos ex aliorum flagitiis, & criminibus judicent, in aliorum operibus inveniant, quomodo facta sua probent; & accidit ferme, ut sine ullo conscientie stimulo satis sibi esse putent vitam, quæ nihil habet, propter quod a Deo existimetur Christiano homine digna, & talis, qualis esse deberet ad æternam beatitudinem promerendam. *Abbas Trappensis terno primo Christianorum Dogmatum.*

Illi omnes evitandi sunt status, quos Deus respicere non dignatur. Hujus generis est vita mollis, & delicatiffima, vita solatilis, & voluptatibus dedita, magna negotia, magni honores, magnæ opes, quidquid mentem, & cor replet, & suapte natura, atque impressionibus suis magis habet illecebras: quædam hominibus injicit necessitates, quam superare difficultatum est. Atamen tantum absit, quod in mundo aliquis cum superare contendat, ut felices, bestique existimantur, qui oppositum faciunt, qui in voluptatibus vivunt, qui fortunæ suas student provehere, qui ad magnæ honorem perveniunt, qui negotiis obijciunt, qui tempus non habent, quo se ipsos cogitent, & demum qui præfati vitæ fortioribus nexibus, gravioribusque catenis adherent. Hæc sunt vota, hi constans mortalium, & qui extra hos status inveniantur, miseri, humiles, obijciunt, indignique putantur. *Essai de morale Tom. 5.*

Nolite conformari huic sæculo, Sanctus Paulus inquit. Præceptum hoc, quod in Romanorum persona omnibus tradit Christianis, omnium vite Christianæ difficillimum est. Non precipit, ut mundum relinquamus, sed ne illi nosmet conformemur; videlicet ne amemus, quod mundus amat, neque faciamus, quod facit. Ad id resistendum est vi exempli, & consuetudinis, & contra mundum torrentem obtinendum est. Vis autem consuetudinis magna est, & fere nunquam in irritum cedit, quippe per omnes sensus ingreditur, & nunquam intermititur. Mundus, quia studia, vel placita mutaret, Christiani nomen accepit, atque ad illa etiam contendit præmia, quæ religio promittit. Ita in Christiana religione plurimi nunc inveniantur, qui, quin putent se improbos esse, omnibus mundi studiis indulgent, honores, opes, voluptates sectantur, præsentium amore capiuntur, & futura non cogitant. Si quibundam crassioribus deliciis abstinent, alia plura sibi fas esse putant, quibus vitii nomen adiungunt, & horrorem. At longe difficilior est huiusmodi vitii re-luctari, quæ tamquam pietati opposita non habentur, quam illis, qui eidem palam adversantur. Christiani, ut hinc novissimis resistent, vires conjungunt, mutique armantur auxiliis; sed occultiora delicta major eorumdem fidelium numerus excipit, & amplectitur. *Idem.*

Quoniam pacto plerique Christiani vivunt in mundo? Religiosis obire officia per consuetudinem, vel per hypocrisis; amare, & odisse, quodcumque libuerit; quocumque sumptu locupletari, & crescere; affectibus suis indulgere; sensibus ea omnia, quæ possulant, elargiri; non cogitare utrum aliquid fas sit, an nefas coram Deo: sed unice utrum sibi placeat, &

profit: hæc est imago vite plerumque fidelium, hi mores misere multitudinis, quæ in via perditionis incedit. *P. Bourdaloue.*

Nihil magis necessarium hæc sæculi separatione; scilicet inquam, ubi mores corrupti sunt per relaxationem, divine veritates obfuscata per errorem, virtutes infirmata per prave exempla, vitia per licentiam probata, flagitia per publicam auctoritatem roborata, sæculi inquam, ubi nihil nisi perfidia, & simulatio est: ubi peccatum per sexcentos aditus irrepit; ubi affectus sexcentis inflammantur obijciunt; ubi in singula momenta sollicitatur, ut ledamus Deum, ut efficiam nostrorum maxime essentialium obliviscamur, quia nemo fere invenitur, vel satis fidelis, vel generosus satis, ut eadem adimpleat. Sancti omnes ad horum periculorum aspectum contremuerunt, & salutis sue desiderio commoti crediderunt, satis esse a mundo recedere, quam ibi vitam ducere, ubi innocentia undique oppugnatur, ubi virtus rara est, & eternitas ambigua. *Fleebier, in Panegyrico S. Antonii.*

Mundus hic subdolis, & fallax, quem tantopere deperitis, umquamne amorem vestrum promeritis est? Mundus hic, ubi super integerrimum quemque dominatur cupiditas, & ubi universe exulat charitas: mundus hic, ubi omnia fusque decore confusa sunt, virtus sprete, vitium in honore habitum: mundus hic, qui ideo seducit animas, sibi que sectatores acquirit, quia novit veram celare miseriam sub ficta felicitatis specie: mundus hic in iudiciis suis mendax, infidelis in promissionibus, in omni ratione demerabilis: hic denique mundus, cujus torrens perniciem fertur, quodcumque fiat, ut retineatur; ubi omnia præterlabentur momentorum celeritate rapiuntur, quorum ne minimam quidem superest vestigium. Hoc nihilominus idolum est, quod vobis tamdiu dominatum est, & cui adeo artis vinculis vinctis adheretis. *Idem in Sancta Maria Magdalena Panegyrico.*

Ubi primum nostra umam libertate, tunc statim noxias eligimus voluptates; statim affectum nostrorum vi rapimur, & ratio nostra nonnisi cum innocentie detrimento crescit. Terra universa infecta est corruptione inhabitantium illam; nullibi videtur amplius, Propheta inquit, veritas, & charitas; ubi non regnat amplius misericordia, & Dei scientia ignoratur. Omnes vallum perfringunt, quod in corde suo innocentiam protegebant; blasphemiam, mendaciam, iniustitiam, adulterium, homicidium, perfidiam, & nequissima quælibet scelera universam terram inundantur, Propheta ait. Sanguis singulorum tedit; pater filio scordatum probet; frater fratri infidus fratri; vir ab uxore secedit, jam non alia in terris sunt vincula, quam avaritia, affectio, ingenium, libido. Scelus in Principibus colitur, virtus, & pietas simplicium, ac propellens pars est: odia æterna sunt, & inimicus nullibi loco fratris habetur. Hinc ire mutatur: integritas licet virtutis conviciis proscinditur; litibus, odiis, & contumeliis certatur. Conflaginantur, & amicos cœtus non aliud sunt, quam publicæ censuræ morum fratris tui, ludi fasti sunt vel turpia negotia, vel furentis affectus, quorum funesta voluptas sæpissime familiarum, & fere semper animarum parit exitium. Convivia, innocua illa societatis vincula jam facta sunt intemperantia, & libidinis fores; voluptates, spectacula, cœtus jam publica sunt gymnasia libidinum; sæculum voluptatis lyceum est, ubi edificatur ars infelix turpium amorum, qui puram animam coingunt, & quos patres nostri ævo suo minime noverant; Urbs est Ninive peccatrix, ubi unusquisque vivit iuxta desideria sua: Aula vitiorum omnium est centrum: ager horrida est solitudo, ubi homines ferarum instar sese invicem mordent, & laniant; ubi omnes alii in alios vicissim odio, invidia, zelotypia armantur. Quid plura? nihil nisi confusio, ac perturbatio videtur. *P. Massillon sermone de parvo numero electorum.*

Fascinat quædam est hic amor mundi, qui in iis, qui eodem fuerint affecti, tantam rerum per salutem pertinentiam naufragium, tantam in divinis rebus incuriam, tantamque in pietate ignaviam immitit, ut in animo nihil fidei superesse videatur; adeo extincti sunt omnes fides pietatis per vanitatem, luxum, fastum, delicias, otium, in quo modo vivimus. *Auctor Anonymus.*

Si affectiones licet periculosissime satis fortes non sunt, ut cor humanum corruptum, mundi placita illis suppetias ferunt, & proflas opposita luminibus veritatis mendacii tenebras effundunt in mentem eorum, qui sequuntur illas. Si Jesus Christus præcipit, ut proximam diligatur, illa hunc suis cupiditatibus fabricare contendunt; si Jesus Christus imperat, ut inimicis parcat, illa ulcionem fadent; si Jesus Christus dam-

Mundi, &  
opinionum e-  
jus corruptio.

Mundi vani-  
tates, & sce-  
lora.

Quam rara sit  
in mundo in-  
nocentia.

De amore  
mundi.



damnat opes, uti periculosas, illa has tamquam necessarias respiciunt: si Jesus Christus humilitatem commendat, illa superbia sensus inspirant. Ita spiritu mundi adest contrarius evadimus spiritui Dei, & sine ulla attentione sequimur eas opiniones, quas verum esse non possunt, quia oppositae sunt institutis Christi Jesu, qui est ipsa veritas. Si etiam inter imbecilles servos, generosus aliquid invenitur Christianus ita fortis, ut sua vincula infringat, mundus, qui pati non potest virtutes eas, quas non exercet, nihil praetermittit, ut se ulciscatur, & obreptorio omnia jacula depromit, & (dicamne auditores, quod rubere suffundat timidos interfectos fideles?) metus deteriorum ipsius sepe conversionem peccatorum retardat, qui sese devovere non audent Deo, ne displiceant hominibus. Ex sermone de Galtate, qui Patri de la Rue acceptus fuerunt.

Mundi gaudium perniciosissimum est, nihilque durabile habet praeter eam, quam relinquit, penitentiam. Gaudium est periculum, quod in lacrymas definit; gaudium superficiale, quod non penetrat cor, & valum illius extensionem non replet. Peccatoris necessitates semper illius affluentiam superabant. Divites effluunt, inquit Propheta, domus eorum plene sunt, sed cor vacuum. Divites egrediantur, & esuriant. Psalm. 23. Voluptates inter voluptates adhuc desideris conficitur. Ambiciosus in ipso honorum centro inquietus est, ac sollicitus. Terrarum domitor querit virtutem suam coartatam videns inter terminos terrae votis suis nimium angusta, & homines spem abicientes in mundo pro ipsis exhausto invenire se posse, unde inextinguibili cupiditati suae satisfaciat, naturam vel impotentem, vel crudelitatis insimulant.

Auditor Anonymus. Mundum agnoscere, & amare idem est juvenuti: haec nonnisi ex pulchra ejus specie illum cognoscit; ille huic nonnisi ridendi facie se offert; neque aliud pro hac habet nisi illecebras, assentationes, & thura; temporis beneficio tandem mendacia deteguntur; & ille proditor, ingratusque esse deprehenditur. Sed tanta haec experientia adolescentem superat mentem; iis haerent, quae sentiunt; & quicquid sentiunt, dicit illis, ipsos pro mundo, pro ipsis esse mundum. Anima autem hunc sensum, hanc perniciosam cognitionem, illam preservare ab hac fascinatione nugacitatis, cujus tristes effectus Salomon Sap. 4. deplorat: *Excursio nugacitatis obscuras bona, gratia est aequa rata, ac adolescentibus necessaria. P. de la Rue in sermone habito, dum virgo quaedam sacro religionis habitu indueretur.*

Quoties mundum amavimus, & adhesimus illi? Mundum, quem colimus, & in veri Dei contemptum tamquam idolum adoramus; mundum, cujus sequimur mores, cujus placitis ludemus, cujus proba metuis, cujus judicia veremur, cujus laudes plurimi facimus, cujus corruptio, & labes nos inficit, & cui demum contra Apostoli praeceptum rebus in omnibus conformamur:  *Nolite conformari huic saeculo. Ad Rom. 12. P. Bourdaloue.*

Ubiq; hoc mundo salus nostra periculum nascitur. Periculum in ortu, qui supponit sumptus, & privilegia, quae Jesus Christus illis nunquam applicuit; periculum in educatione, quae approbat mores, usus, discrimina, quae ab Evangelio damnantur; periculum in negotiis, ac publicis obsequiis officiis, ubi salus semper cum fortunis decernat, & ubi indeferenter conscientiam inter, & fortunam optio habenda est; periculum in exemplis, ubi vitium exiit quidquid horribis habet in numero eorum, qui praebent illud; periculum in commercio, ubi sese immiscet avaritia, & ubi possidendi cupiditas sepe bonam fidem prodit; periculum in spectaculis, in coetibus, ubi quilibet alius placere gessit, & ubi ignis concupiscentiae amore, qui vel immititur, vel hauritur, inflammatur; periculum in labore, ubi corpus recreatione carere non valens is utitur, qui mollioris infirmat periculum in quiete, & otio, ubi mollioris infirmat carnem labori damnant; periculum in opibus, ubi vite comoda acunt cupiditates; periculum in paupertate, ubi egestas ad inpatientiam provocat pauperem, eumque contra sapientem manum, a qua effectus fuit, irritat; periculum in contentis est, arbitramur Dominum quocunque contentum esse, & ubi, quia nihil eorum habemus, quae a mundo damnantur, omnem habere credimus virtutem, quam postulat Religio. *Sermon manu scriptus.*

Quid igitur est hic mundus, ubi vivimus? Regio est tenebrarum, ubi infici in laqueos impingimur; lata via est scopulis, rupibusque praepedita, sedes in-

constantiae, & calliditatis, locus discordiae, & dissensionis, terra ingrati, & maledictio obnoxia, ubi Jesus Christus, & Religio illius ignoratur, ubi invenitur inimici, qui illum impugnant, & constantissima ejusdem ignorantia infunditur; theatrum, ubi fabula tantum venditur, ubi nunquam plures existerent regule, & admonitiones, salutis adminicula, ubi nunquam de suggestu majori vi, ac lumine Ethicae Christianae praecepta tradita loerunt, & nihilominus ubi sum fructus est, qui inde percipitur? Nunquid Ecclesiasticarum legum observantia? Immo nullum preceptum est, cui aliqui vel lenimenti, vel dispensationis praetextus non afferatur. Penitentia habetur tamquam solitudo, & conebiorum portio. Oratio, illud unicuique necessitatum nostrarum levamen sanctis relinquitur animabus, quae per tempus possunt impensis sese in preces effundere. Vita sumptuosa, mundana, & voluptuosa toties in sanctis Bibliis anathemate percussa non spectatur amplius, nisi tamquam lex necessaria, quam ordo, gradus, conditio, neque indicunt. Ipsa etiam vera pietas nomen suum amittit, genus cognoscitur ultra. *Idem.*

Mundus totus repletus est spiritu mendacii, qui ubique dominari videtur. In negotiis mundi spiritus consilium, ejusque decisionibus adheretur. Hoc societas nescit, & foveat, hic privatorum regit utilitatem, probat usus, consuetudines confirmat, hic denique de rebus omnibus disceptat. Non vivitur nisi secundum illum, non agitur nisi per spiritum mundi, atque hic spiritus Dei sedem occupasse dici potest: *Spiritus Domini replevit orbem terrarum. Sap. 1.* Quia hic spiritus mundi spiritus erroris est, corruptionis, hypocrisis, mendacii; hinc aequae fatali, ac necessaria illatione sequitur, omnibus hominibus adeo illius degmata impressa esse, & insculpta. Hinc oritur, quod in mundo nihil non falsum est, falsa prosperitates, falsae promissiones, falsae voluptates, falsi honores, falsa virtus, falsa sapientia, falsa probitas, falsae necessitudines; & quod Christiano viro indignissimum est, & religioni Jesu Christi magis oppositum, falsa penitentia, falsus pro nobis zelus, falsa erga proximum caritas. *P. Bourdaloue.*

Idea, quae passim de hoc mundo concipitur, haec est, quod tamquam perditorum hominum societas, quos voluptas quidem conjungit, & scelus occupat, repraesentatur. Sedes erroris, & injustitiae, ubi inevitabiles laquei sunt, & lapsus communes. Regio terra lucis infecta, ubi mortales vicissim tabem contrahunt, & effluunt, spiritum recipientes. Procellorum mare, ubi fragiles naves sibimet ultro citroque pro scopulis sunt, & invicem alisse communi naufragio contrahuntur. Mundus injulius, qui Coelestem Patrem non novit: mundus reprobus, in quem omnia labuntur terribilia maledicta, quibus illum Jesus Christus percutit: mundus percussus. Liqueat autem, mundus, ubi hoc in sensu accipitur, & spectetur veluti tenebrarum imperium, nimis oppositum esse spiritui veritatis, ita ut impla illius placita cum Sanctissimis Evangelii praeceptis nullo modo valeant conciliari. Caveamus, ne ea infirmare censuram anathematis, quae adeo iuste protulit Jesus Christus, & ne cultum Baal cum Dei Israel cultu commiscere audeamus: *Bressus Malden Dei Episcopus, sermone de Historia universalis.*

Quaevivis tuam salutem operari cupias, difficile est tui innocentiam in mundo, & fidem, quae debetur Deo, in ea regione, ubi pestifer respiratur aer, ubi omnia objecta in crimen alliciunt, ubi non alia cognosci videntur nomina, quam opes, honores, & voluptates, ubi vanitas, mendacium, omniaque vitia contagione quadam communicantur. Neque ideo dixerim, salvari neminem posse, nisi mundum reliquerit, conditioni suae abrenunciaverit, omniaque perfringerit vincula officiorum, auctoritatis, & obedientiae, per quae invicem jungimur. Sed hoc ajo, infinitum difficile esse, ibi Christianam vitam traducere, Deoque fidelem esse. *In collectione orationum oblaturum Academiae Gallica anno 1703.*

Quomodo terrenis vacare negotiis, & quotidie mundi commercio interesse possumus, quin evagmur spiritu, quin corruptamur? Quomodo incessanter resistere impressionibus tot objectorum, quae ceteratim se offerunt, quae circumquaque nos obsident, & quae jugiter contendunt per sensus in animam ingredi? Quomodo non hallucinari, neque commoveri, cum propius divitiarum fulgorem, honorum fastum, illecebras, & magnificentiam figure hujus mundi, quae indelenter nostris affulget oculis, nos suis promissionibus allicit, suis blanditiis detinet, ac sexcentis jucundis phantasmatis fallit? Quomodo non trahi exemplis, & consuetudinis torrente? Semper committi contra mundi

Mundi spiritus, qui ubique regnat.

Corrupti mundi idea.

Quam difficile sit in mundo salvari.

Spiritus diffusus, qui ubique regnat.

mundi usus, & sensus, qui cordis nostri cupiditatibus maxime favent? Semper sensibilibus abstinerere bonis, & aequae sine ulla exceptione postponere futuris voluptatibus, quas religio promittit, sed quae quidem nullam sensus aditum, quae spiritus nonnisi fidei luminibus emittit praevideat, quae semper obscura, licet certa, imperfecte dumtaxat nostras dissipant tenebras. *Idem.*

Non deest quaedam mundi scientia, quae ars vocari potest obliviscendi Dei, a Sancto Gregorio in libris Moralium descripta; scientia, quae docet viciorem, & affectionem nostrarum turpitudinem velare quibuldam placitis, & ubi ubi corruptos mundi sectatores recepit, atque probat. Per funestam hanc scientiam ulcisci possumus, quia crudelitatis notam subeamus; prava fovere commercia, quia male audiamus, dummodo aliquot severentur prudentia, & fidelitatis leges, quas mundus constituit. Licet aliena absumere bona, dummodo mundi consuetudinem sequamur, eum in statum nostrum redigentes, ubi solvendo non sumus. Licet optimum quicquid amicum decipere, dummodo callida, sed hodierna die in mundo vulgarissima arte perfida fidei alia prudentia, & politica larva inducatur. Haec improba est mundi scientia. *P. Aurelianus.*

Quid sibi vult peccator, cum se hominem mundi vocat, neque se teneri debet eam docere vitam, quam religiosorum propriam appetit, nisi quod ipse vivit in mundo reprobo, & habitat terram, quae devorat habitatores suos, quod mala sibi fore obtingit eo loco nascendi, quo a sole ipsius procul aereat, & qui salutem illius sepe impossibilem efficit? O praecaram excusationem! De mundo te esse dicens, cum loqueris de conversione, de vita, quae magis Christianum hominem deat; sed ob eandem causam Domini vocibus praebere te debes attentorem. Si in deserto, vel inter calidam degeris, majora quidem, quam in mundo, salutis haberes adminicula, & minoribus indigeres auxiliis: nunc vero excusas orationum tuarum infrequentiam, quod es in mundo. *P. Massillon.*

Quid est hic mundus, cujus fallacia bona tanto calore confectamur, & cujus vias adeo festinant decurrimus? jugis agitato, ubi nihil nos beatos efficere potest, ubi puupertas odiosa est, divitiae molesta; ubi omnia periculis plena sunt, ubi universa morte annuntiant, ubi requies funesta, voluptates incommode, crapula onerosa, cura afflicta, caetena indissolubiles; ubi qui tranquillissimi sunt, se infelices existimant, ubi tumultus, & poena suavisissima sunt vita momenta, ubi omnia sunt labor, & afflictio spiritus, ut Sapiens ait; ubi omnia agitantur, turbantur, confunduntur. Profecto qui videret homines adeo alacros, promptos, & fluxus rebus intentos, diceret, illos de bonis aeternis esse sollicitos, neque facile posset intelligere, tot curas, laboresque pro bonis, quorum inane pretium est, esse susceptos. *Idem sermone de salutis cura.*

Omne mortalium genus de mundo queritur; hic nec bonus parit, nec malis; ubique suas infidelitates, & crudelitates effundit. Boni quidem illius norunt illud, neque sapienter illis injiciunt labores ibi ferendi; sed nemo est, ne imprecibus quidem, & impiis, quibus aliquibus in occasionibus mundus intolens non videretur. Tristis, & frequens pericula illius experientia oculos illis aperire deberet, ut virtutis illecebra caperetur; mundus enim ille tot miseris facit, quia paucos vere Christianos complectitur. *Libor, qui titulus: Animadversiones in varia Ethica, & religionis argumenta.*

Mundanis obijciunt individuae Christianae vite difficultates: Evangelii dogmata corruptae naturae studiis terribilia; mala, quae necessario sequuntur affectionem illam, cui labor incommodus non est; via, quae fidelis quilibet caelum sibi refrare tenetur, durae abnegationes, quae unicam vitam sanctitatis efficiunt; pericula, in qua quisvis sentit conjici innocentiam suam mollis vite inertia, & tranquillitate; heribilibis avertis, quam gaudia, atque spectacula contra officia maxime essentialia inspirant; infamia ignorantia & sui ipsius, & rerum aeternarum, in quam voluptuosa vita nos agit; funesta peccatorum experientia quae patrantur, si solatis ulterius, & oblectamentis opera impenditur. Nihil altius requiritur, ut ex mandatorum mentibus error averteretur, utque illis persuaderetur, ipsos nunquam salvos fore, nisi susceptam vite rationem reliquerint. *Idem.*

Mundi sectatores entescere cupiunt: sine immodico luxu nunquam ex turba emergent. Inuilem efficiunt sumptus Christianae modestiae contrarios, & fortunam eorum parum decet. Videntur eorum vestes, suppellex, servorum caterva: desiderium illis aequandi excitat vanitatem eorum, qui vel pares sunt, vel etiam

longe deterioris conditionis. Illi, ne in tristi languente obcuritate, ingentibus absumuntur sumptibus, filios suos spoliant, familiam perdunt, evertunt creditores, meditantur iniquitates &c. *Idem.*

Deum obest, & obest, ut vobis satis foretem spiritum, facitque potentem conferat gratiam ut vosmet tueri possitis contra saeculi imprecationem, quod, ut S. Joannes ait, in malo immersum est, & contra Aule corripit, quae centrum est, ubi, quicquid in saeculo nequitiae est, simul collectum invenitur, & ubi mundi spiritus imperium suum constituit se videtur. Major autem, magisque perniciosa nequitia, quae ibi invenitur, ea est, quod sub honestatis, & elegantiae specie, quae spiritus perficitur, celat, quicquid perniciosisimum est in mundo a Jesu Christo reprobato, videlicet illecebram quamdam, quae fascinat corda, ita ut saeculi praesentis, honorum, & voluptatum ejus amore capiantur. Illecebra, quae suave illud virus est, quod Babylon in aereo calice illis, quos seducit, propinat; illecebra, quae in aule commercio fere vitari non potest. *Ex tom. 1. Epistolae Parisi Sarin.*

Ignorari non potest, tantum esse mundum contagionem, ut fugiendus sit, non secus ac domus terra loci infecta. Bonos mores, ut Sanctus Paulus ait, colloquia prava corrumpunt. Constat, & exemplum habent in animis vim: oculi perculentur cor: discimus malum, cum ab aliis fieri videmus, & visio haec animam ingreditur, adeoque suavi simul, ac vehementi ratione illuc fertur, ut pravus fiat habitus, & in naturam quodammodo migret, atque tamquam vitium damatur, nominis hujus exitu horrorem. Vocatur res permissa, nulloque in discrimine posita, quia magna fit ex plurimorum exemplis auctoritatis accessio. *Libor, qui titulus: Christiana Rudimenta in Evangelium Dominicae tertiae Adventus.*

Mundi via pulchra sunt, ac ridentes: alliciunt, & pulchra praemittunt: sed re ipsa, ubi primi lapsi sunt dies, prava tantum semite reperiuntur. Si ulla saluta sunt, haec non hominum fragi sunt, sed eorum, qui voluptatibus sunt destituti, ex quo affectus nullis frans coarctetur, nullam potest requiem sperare. Nam quid hoc recens dicimus? Non ita quidem: hoc enim aulivimus ex iis, qui praetereunt. *Amulacrum vias difficiles. Sap. 5.* Omnes vitiorum vias praepedit sunt; via, quae ducunt in interitum, ipsis sunt constituta; nemo flagitiosus est, qui sit liber: sexcentis doloribus, marores, ac penitentia deerrant animae lapsus subsequuntur. Tibi cura est, o Deus, ubique effundere amaritudinem, ut ad te redire cogamur. Si alibi veram inveniremus requiem, suavitatem perfectam, nemo ab hac via vellet recedere; sed falsa gaudia laquei adspersis, ut adeo infelicitas status peracti oculos erroribus nostris aperiamus, & fateamur in extremam rueret calamitatem, qui recedit a te: *Eccae qui elongant se a te, peribunt. Psalm. 73. P. Crisostomus sermone de Reccum.*

Cur putamus, sanctos omnes adeo perhorrescere communem saeculi vitam, & haec vias, quae mortalium perisquae adeo recte videntur, & in preceptis, atque in interitum ducunt, nisi quod ea cognoverit pericula, quae in mundo sunt, ubi ubique plenus est infideliis, quae nobis struuntur? *Mundus vivit in maligno posuit est. 1. Joann. 5.* Alii nobis mundum hunc repraesentant tamquam terribilem tempestatem, ubi venti adeo vehementes sunt, fluctus adeo violenti, scopulique frequentes, ut nisi peculiari protectione Deus nobis adhaerere, difficillimum sit evitare naufragium. Alii vero illam sibi propofuerunt tamquam salum aliquem latronibus, ferisque repletum, viatorum caede famolum, & perisquae illarum iter agentibus funestum. Illius imago exhibita fuit S. Antonio, quem admodum S. Athanasius testatur, veluti immensa pluvies laquei referta, ex quibus sese expedire nequam quam posse aliquis videbatur. Sanctus vero Chrysostomus nonne ubique ait, mundi contagionem ita periculosa esse, corruptionem ita generalem, necessitates in sexcenta labendi crimina adeo frequentes, & fere inevitabiles, ut cita tantummodo fuga nos ex tot periculis eripere posse videatur. *Abbas Verjus, in Paeneprio religiosa professio.*

Miranur adeo parum Christiane virtutis hodierna die in mundo inveniri, & ubique tantum esse luxum, & generalem morum corruptionem; sed quid aliud percipi potest in schola vanitatis, & voluptatum, cui adeo frequenter interfertur? Illic mundi spiritus inopitatur, ac invenit, quomodo ultionem deponat eorum omnium, quae dici poterunt, ut eidem fides abrogaretur. Ibi regnat luxur, qui quotidie magis fit contagiosus; ibi voluptates, quae omnibus pla-

In aula mundi spiritus regnat.

Mundus contagiosus est in eo corruptum parat.

In mundi vita ubi nihil laetiae, & dolor invenitur.

Salutis periculum in mundo.

De mundi caribus.







Mundus cum  
Mari compa-  
rari potest.

ritudines eorum sunt fructus. Domine, quemam fors infeliciores forte eorum, qui alteri culpam domino potius, quam tibi famulantur? *Idem.*

Mare est imago Mundi, & vanitatis rerum humanarum. Hæ malicie, & he procellæ sibi in singulas horas succedentes; hi fluctus, qui incessanter sese propellant, & arque collidunt; venti secundi, & adversi, navigationes prosperæ, & naufragia, quæ sæpe in ipso etiam pertus aditu sunt: hæ omnia nonne sunt fidelis tabula eorum, quæ in hac vita contingunt? Ullumne mare mundo hoc mobilis invenitur? Ullumne magis periculosum? Quocumque me verum, non nisi scopulos video eo periculosiores, quo magis latent. Ventus, qui maxime propitius videtur, nonnumquam est infestissimus; & si credimus cuidam S. Patri, qui mundum spectabat secundum hanc, quam cum mari similitudinem habet, ipsa etiam illius malicia est perimefenda. Ne credas mari, ait ille, ne te in tuto esse putes, licet mare tranquillum sit, & pacatus, quam stagni alicuius aqua; mentes enim sub æquali hæ superficie delitescunt, licet zephiis suis aqua perfluit: inimicus, periculum intus est: *Tranquillitas ista tempestas est. Autor Anonymus.*

Hieronymus  
Mundum re-  
linquere non  
magnum est  
sacrificium.

Bipolaris est error, arbitrari, multum sacrificari Deo, cum pro hoc mundo relinquatur; hocine est abrenuntiare perniciosa illusione; abrenuntiare veris malis sub boni specie latentibus? Numquid magnum amittitur prædium, qui projicitur calamus distans, qui non solum incumbentes non sustinet, verum etiam manum perforaret, si eidem innoti cuperemus? Quid igitur relinquitur cum relinquitur mundus? id quod ab eo relinquitur qui ex somno anxietate ple- no experscitur. Quidquid videtur, attrahitur, numeratur, metitur temporis lapsa, umbra dumtaxat est: Enitens veri: vix esse incipit, cum esse definit. Nihil Deo sacrificat, qui naturam omnem illi sacrificat; hoc est illi nihilum, vanitatem, ipsumque offert mendum. *Felices Cameracensis Archiepiscopus in delictis Sermonibus.*

Mundi festi-  
vitas vita duc-  
ta.

Fili hominum, quam vobis stat placere mundo ejus- que minimas gratias emendicatis? Quasnam ærumnas, turbas, abjectiones, ac sordes ferre debetis ad ea per- venturi, qui honorum titulo appellare non pudet? Quam violentus est eorum status, qui illuc vel perve- nire adituntur, vel jam pervenerunt! Quam vera purpura in tanta specie infelicitatis! Omnia produnt cor nostrum, ipsa etiam spes, quæ pasci videtur. De- sideria ibi veneno incitantur, effervant, & sunt inextin- guibilia: miseri sumus non solum propter mala nostra, verum etiam propter aliena bona. Non afflictiur ampli- us his, quæ possidemus; nil sentimus nisi id, quo careamus. Experientia vanitatis eorum, quæ habemus, non minuit furorem acquirendi ea, quæ scimus æque esse vana, & inepta ad felicitatem nobis comparandam. Cupiditates non possunt amplius frangi, neque cohiberi. Earundem expirum tyrannidem, ejusque jugum exenteret detrahendum. *Idem.*

Mala que in  
Mundo viden-  
tur.

Non in deserto, ubi omnia pacata, & tranquilla sunt, calami vento agiti inveniantur; sed ut pluri- mum fecus flamma Babylonis, in aule mundique tu- multu. Hæ diversa avarorum, ambitionumque mortalium negotia jugiter producant varia incoitantia, & inæqualitatis objecta. Hæ videtur tot impii, & in omniem licentiam effusi, qui quietis impotes, suis as- persionibus agitati, tamquam mare agitantur. Hic plu- rima inveniuntur errantia sydera, ut loquitur S. Jus- tas, de falso lumine, in falsum lumen euntia, quibus æterna obscuritas preparata est. Hic magno in nume- ro videntur imunda animalia, de quibus loquitur S. Petrus, incessanter ad vomitum suum redeuntia; vel quæ postquam sordes suas dederunt, iterum in turpissimum crinum limum sese demergunt. *Abbas Anselmus de S. Joanne Baptista.*

Inutilitas eo-  
rum omnium  
que sunt pro  
Mundo.

Inter eos omnes, qui sæculi vitam vivunt, ne unus quidem est, qui dicere nequeat, & qui respici quoti- die non dicat: *Per totam noctem laborantes nihil epis- mur.* Hæc tabula est vite eorum, qui sæculo inbe- rent. Quam obscura nox vita illorum est: tota in te- nebris transigitur, quarum causa est defectus fidei, & meditationibus veritatum æterarum impedimentum, atque tumultus negotiorum, quæ spiritui obstant caliginem; ardor cupiditatum, quæ non solum Reli- gionis sensus, verum etiam rationis luminis infir- mant; denique cœcus rerum sensibilibus, voluptatibus, & eorum omnium amor, quibus sensus nostri alliciun- tur. Hinc illud procedit falsitudo eorum omnium, quæ ad Religionem pertinent, hinc cœcitas, quæ com- munis est plerisque eorum, qui vitam ducant adeo- parum Christianam: *Non est, qui cogitet corda.* Mife- reamur illorum, qui dies suos tradunt in tenebris

1. clem. 13.

adeo densis, & gratias agamus misericordie Dei, quæ nos illic eripuit. Tenebre hujusmodi non sunt tran- quillæ. Laboratur, valetudo, & vita atteritur, sub- met omnes vim faciunt, laborantes, & hæc omnia, ut fructus nullus referatur: *Nihil capimus. Nihil pro Coe- lo, & æternitate: nam quid nobis profunt labores isti pro mundo, & per mundum spiritum suscepti? Quid alteri vite profunt? Quid æternæ anxietatis, invidiæ, ægritudinis, sola duri, ingratiq; hominis merces? Quid dolores, ac poenitentia vulgissimæ fru- ctus vite secularis? Pater Gregorius in Asceisicis Exer- citationibus.*

Quomodo  
mundi con-  
picio se ex-  
tendit.

Ne contra Mundum declamare aggrediamur, eodem semper gradu fertur. Torrens est, quem inhibere in nostra potestate situm non est; sed cavemus, ne eo- dem rapiamur. Conemur nosmet ipsius corruptione præservare, & multo magis a corruptione cordis no- stri, de hac enim, non de aliena ratione Deo su- mus reddituri. In nobis situs est, audeo dicere, nos- met in gratia confirmare, atque in statum adducere non ulterius peccandi. Quomodo enim illud? Invigile- mus omnibus assiduis Spiritus Sancti, qui fœcibus in oculis nobis suadet nobis, ut Evangelicæ exer- cecamus consilia, abnegationem voluntatum nostrarum, humilitatem, patientiam, moderationem, lenitatem. Error est sibi periclitare de Evangelicis consiliis non esse laborandum, nisi cum jam pervertemus est ad præ- ceptorum observantiam; ego vero affirmare ausim, quidem præcepta observari valeant plerique Fidelibus; idque, quia in vita accidit casus ita vali- di, urgentes, & periculosi, ubi nosmet in gratia tueri non possumus, nisi iusti auterissimum virtutis exercitatione muniamur. *P. Clemen in Sermonibus Perceptis.*

Etio quidem reperebant in Mundo amici quibus- dam qualitatibus præditi, quæ aliorum amorem sibi conciliant: verum quod malis permixta sunt qualita- tibus, quæ bonarum merita superant? Præstat aliquis a natura magno donatus ingenio, cui ab eadem cor- negatum est. Natura quidem optima est, sed passim aliqua cupiditate oppugnatur, quæ etiam corrumpitur. Qui habet, unde mundo placeat exterioribus oris ille- cebris, multo plura habet, quæ displicunt mundo- rum suorum superbis, & mobilitate ingenii morosi. Amicus tener sæpe cupidus est; amicus fidelis, ubi se nullo in discrimine haberi suspicatur, statim se lesum dolet. Qui suavis est, sæpe infirmitate quadam laborat, quæ in stuporem degenerat. Qui solidum habet spiritum, ut plurimum moram elegantia caret. Qui festivos habet mores, & hilare ingenium, plerumque imprudentia crimine laborat, Character gravis, & se- rius nunquam simul invenitur cum lepidio, ac niten- ti. Perraro in una eademque persona invenitur felix conjunctio vere dexteritatis cum humili prudentia, omnigenæ eruditionis cum profunda humilitate; con- summate prudentia cum summa integritate; ferven- tis zeli, sine acrimonia, sine festinatione; severæ vir- tutis cum moribus suavis, blandis, affabilibus. Ita videmus in mundo nil perfectum inveniri. *Autor Recens.*

In mundo  
pauci sunt  
vera sapient.

Pleraque merita, quæ in mundo videntur, specie tenus talia sunt. Nihil suavis, venustus, majoribus quæ illecebris commendatus hac muliere, tunc cum eminus prospicietur; cum non ita frequens erat cum eadem confuetudo: omnia tunc nitescere in ejus spi- ritu videbantur; omnia in moribus illius jucunda erant, & officiosa; omnia in corde plena erant illi- ciis; sed ubi propius inspicitur, inanes hæ eximiarum qualitatium species evanescunt. Paulo frequentior con- fuerat statim detegit vitia, & veras imperfectiones præ clara hac specie, s. b. hac fallaci inanum me- ritorum persona latentia, quibus plaudabamus in ea, quæ electione nostra digna fuerat reputata. Quid ergo videmus in sæculo, nisi mundum scenicum, mundum falsitatem, mundum theatricum; qui exteriori specie nobis fucum facit, efficitque ut magnum in illo meri- tum esse arbitremur, quo intus, & in cute inspectum, non aliud est, quam omnigenæ corruptionis congeries. *Autor Recens.*

Ubi nunc est Roma illa vetus, eximium illud ma- gificentie totius Mundi theatrum? Hæc civitas patris omnium Mundi popolorum; qui vidit triumphali suo curri quodammodo revinctas Europam, Asiam, & Africam: quæ sub aliis victricium aquilarum suarum adeo procul sua sublimis pertulit; cujus si quis tel- lus umquam non parasset Imperio, tamquam ignota habebatur? Superba hæc Roma postquam ruina crevit plurimorum regnorum, spoliis eorum locupletata, ho- dierna die ubi est? Aliquot amphitheatrorum ruine: quæ

Mundi vani-  
tas colligitur  
ex his  
antiquitatum  
Romanarum.

quæ postquam semel fuerunt spectaculum mirabilem, quæ ibi olim representabantur, nunc nidam præbent noctibus, vespertilionibus ceterisque nocturnis voluci- bus. Olim inter septa sua innumerabilem populum complectebantur; hodie vero illac nemo transit, qui videat illa ad horrentum solitudinem redacta non ex- tincta. Verum etiam quod abijt ingens ille numerus Principum, qui immenso huic dominabantur imperio? Cæsares illi, qui quocumque nominis sui terrorem ef- fundebant, efficebantque ut Mundus universus sub auctoritatis sue pondere contremiscent? Heu! pugil- lani cineris in urna clausum totum est illud, quod superest ex tanta nominis celebritate, totaque poten- tia olim adeo formidabili; & si quæ præterea superest eorum fame recordatio; hæc semper concomitatur mi- seratio quod tantus hic fulgor adeo gravi miseria fuerit exceptus. *P. Baroli.*

Quo maris  
mundi festi-  
vitas vita duc-  
ta, eo magis il-  
lus perna au-  
getur; terribi-  
bus Dei opo-  
positis accedit.

Quam lacrymis digna est mundani hominis fors! Il- le lætentis hæc exercet laboribus, ut se beatorem fa- ciat; & labores ipsi illum amovent a beatitate. Hy- dropicus, qui bibit incessanter, & quin sitim revelet, eandem irritat, & augeat. Mundi fœdator fugit jugum legis, quam ignorat, & quæ sibi non ferenda videri- tur; oreat se jugo peccati, quod illum premit, quod vires ejus exhaurit, eo quod illum tandem præcipi- tem in malorum omnium abyssum detrahit. Inspiciens, quantum fieri potest, sibi implet abcondit mala sua: sed quin se ipsum excœcet, atque in malo suo ob- fusceat, cur non audit tenera verba, quæ illi dicit Saluator: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos?* Domine temet ad illum refi- ciendum exhibes; potestne dubitare de potentia tua; dubitare potest de oblationum tuarum severitate? Jugum legis tue potestne auge durum esse, ac ille, a quo desertur? Vidit ne aliquem fervorem tuorum penitere eo quod jugum illud subierit? Proficiamus quoque, o fideles, bonitatis Dei, qui nostris tangit malis tunc etiam, cum alteri Domino famulamur. Ubi primum ad illam accesserimus, sentiemus omnes sollicitudines nostras dissipari, vires nostras refici, pa- cem, gaudium, spem cordibus nostris dominari. *P. Se- gneri in Meditationibus Tom. 3.*

Dei Filius per  
abnegationem  
quam impet-  
rat nobis, vult  
æternitatem  
temporis per-  
ferri.

Jesus Christus edixit, neminem esse posse discipu- lum suum, nisi abrenuntiaverit iis rebus omnibus, quas possidet: *Si quis non renuntiaverit omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus.* Cum ille consti- tut legem hanc nature adeo contrariam; hæc præcau- tio fuit, quam ipse erga nos amor illi fudit, ut prohiberet, ne nos deciperemur falsa hujus mundi bo- na pro veris defuturis. Vult nos vitam nostram propter illum amittere, quia vita hæc perfunctoria est; vult omnia bona, quorum illa fundamentum est, esse periculosa, & peritura; & eum, qui illam per- diderit in tempore, eandem inveniat in æternitate. *Qui perdidit animam suam propter me, inveniet eam.* Faciamus ergo, mirum in modum Sanctus Hilarius concludit, ut mors nostra pro sit salvandam animam nostram; & interitus vite nostre certum nobis sit pre- tium immortalitatis. Hoc lucrum, & questus est, quem Sancti retulerunt: illi, ut ita dicam, tempora redemerunt æternitatem. Deo sacrificaverunt omnia il- lius dona, & alia toto cœlo pretiosiora promeriti sunt. *Ex Specimine Orationum Panegyricarum.*

Inutilitas la-  
boris fervo-  
rum sæculi.

Mundi fœdator laborat, fœd laborans seipsum one- rat pondere, quo premitur. Quinam sunt homines, qui fatigantur, sine alio penarum suarum fructu, quam novo pondere quod illis ferendum est? Hi om- nes sunt mundi amatores. Suam querunt felicitatem in feculi gaudiis, divitiis, voluptatibus; sed eam quantumcumque contendunt, ibi nunquam inveniunt; quippe eam querunt, ubi esse non potest. Terræ hu- jus bona aque maris similia sunt, quæ tantum absit ut sitim extinguant, ut immo eandem irritet: *Om- nis, qui bibit ex aqua hac, sitis iterum.* Quo plu- ra carnalis homo turpibus affectionibus suis permit- tit, eo plura illi polulant; quibus ut satietat no- va semper excogetanda sunt voluptates; quoniam in- spidua sunt, eodem fere momento quo degustantur. Quo majorem nactus est gloriam ambitiosus, eo sem- per recentem vult sibi comparare: quo plures con- gessit avarus opes, eo uberiores possidere contendit. Non exquirit carnalis hominis delicia, non ambi- tiosa superbi cure, non avari sudores illos umquam replebunt, ac beatos efficiunt. Laboratis ergo fecu- li amatores, & in vanum laboratis: fœd præterea ex laboribus vestris referitis novum pondus, quod ve- hementius vos premit: hoc autem pondus, inquit Propheta, sunt vestre iniquitates. *Iniquitates sunt omni grave.* Peccatum quippe est tamquam enormis sarcina, quæ vos opprimit, & in præceps deturbat. *Hendry Bibl. Tom. III.*

Psalm. 37.

Peccatum affligit animam, illi novum addit pondus turbis, stimulisque conscientie. *Anxietas est super Psalm. 147. me spiritus meus: in me turbatum est cor meum.* Pec- catum opprimit animam, hæc adimens vires ad bene agendum; illam profernit, efficitque, ut actiones ejus inutiles fiant, omnibusque meritis delitescant. *Deo Jerem. 31.*

voratum est robur, & facti sunt quasi mulieres. *Deo Jerem. 31.* *Gravabitur cum iniquitate sua; & corruet, & non respiciet, ut resurgat.* Si bona hujus sæculi queritis, hinc est mundi hujus honores, vos allicit, si divitiarum ellis cupidi, contentimini, vos hæcenus frustra laborasse, procul adhuc abestis a vera felicitate, immo enim peccatorum pondus solum esse fructum, quoniam ex la- boribus vestris percipitis; verbo, motus omnes, qui- bus vomit hæcenus exercuitis, omnesque labores, conatusque vestros, irritos, inanesque fuisse. *P. Segneri in Meditationibus.*

Mundus per-  
sequitur bo-  
nos.

Admirabilis æque ac terribilis æternæ Sapientie or- do est, ut qui virtutem diligant, & pie vivere vo- lunt, persecutiones patiantur a mundo. Adeo invenit- est inter iustitiam, & iniquitatem oppositio. Exempla ab ipsis mundi origine incooperant; omnibus de- inceps sæculis permixta sunt, & ad eorum ultimum finem non deerunt. Abel occisus fuit a Fratre, quia iustus erat. Chaldei persecuti sunt domum Abraham; quia Sanctus Angelinus inquit, ibi verus Deus adoraba- tur. Jacob ingram debuit capessere. Joseph a fratri- bus venditus fuit; & David Saulem habuit persecuto- rem. Propheta lapidari fuit, scilicet sunt, sententi sunt, in occisione gladii mori sunt; quas vero persecutiones Apostoli, primique fideles a Judæis experti non sunt? *Abbas desolatus.*

Mundus capularis est senex, & insipiens, quem Deus detestatur. *Oditi sunt senem insensatum.* Post tot sæcula hæc hominum infantium congeries, mun- dus hic cœcus, qui reprobat ab Evangelio, sese infans cupiditatis tradit. Frustra Jesus Christus de cœlo descendit, ut illum ab antiquis erroribus libe- raret; indolis incarnate Sapientia præceptis semper est idem. Crucis amor semper eidem videtur infania; venia injeiarum ignavia; humilitas turpido; fides servitus indigna; christiana spes illusio. Mundus du- pliciter miser, quia cum sit insipiens, sapientem se se putat. Quænam vero probabiliter est species, ut ex tali hoc morbo convalescat? *P. Segneri in Medita- tionibus.*

Mundi fili-  
tina.

Si nobis integrum amplius non est a mundo rece- dere, quid nobis faciendum est? Invigilandum sum- ma est diligentia, ne placita illius sequamur, ne in illius sensum abeamus, ne actiones illius imitemur, ne denique illi conformemur: *Notite conformari huic Rom. 12.* *fæculo.* Hoc quidem factum difficillimum est, fætor; tamen faciendum est; alioquin damnabimur. Illius enim sensus habere, istidem placitis insistere, eam- dem rationem sequi, quam Mundus, hoc est illius esse amicam, ideoque inimicum Dei. Nobis igitur Mundus fugiendus est, non videndus, neque cum illo tractandum, nisi quatenus necessitas possit. Con- fœlere debemus illum spectando ex iis locis, qui sceleris, ac periculo vacui non sunt; sæpe in solitudi- ne meditari debemus illius inconstantiam, infidelita- tem, vanitatem bonorum, cum illis versari, qui mun- do non adherent, & frequentare locos, ubi homines illum contemnerent profitentur. Hoc pasci, sensum, & sine sensu mundo quidem moriendum, Deo autem soli vivemus. *Idem.*

Heredes Jesu Christi, mundi hujus bonis utimini, quemadmodum illis Regina Esther uti consueverat. Gratia Principis potentissimi potita, ab Aula ejusdem, caput erat gloria, & delicia, in honore habita; ab ip- sa natura omnibus mentis corporisque egregiis dotibus ornata, quæ mortalium omnium oculos in illam con- vertebant, per statum suum omnibus aule festivitati- bus, spectaculose interesse coacta: *Tu fides necessi- tatem meam, dicebat Deo; & quod nunquam lætata sit ancilla tua, ex qua hæc translata sum, nisi in te. Do- mine, Deus Abraham.* Nosti me, postquam iussu tuo in superbas has ades introducta sum, nunquam pas- sim fuisse, ut me perfringeret nitor fortune illius, quæ tot mortales obcecavit. Nosti me cogitare me fuisse gratia tua. O Deus Patrum nostrorum, tellis es sensuum secretissimum cordis mei utrum hoc per- miserim umquam, ut inani lætitia gauderem, quæ summos terre principes adducit ad altissimum ebrie- tatem, mortalemque obliivione? Utrum alias deli- bavi delicias, præter illam, quæ me videns tua gratia fruentem degustavi? Immo totamque profanis objectis, in me-

Mundus a no-  
bis contem-  
nendus est ad  
exemplum Re-  
ginæ Esther.

Ethen 14.



in memet unum te quævis, & beator, quod inveni te, quam si solum nactus essem; intus perfusa sum gaudio puro, quod nulla agitudine permixtum est: gaudio pacato, quod non perturbat ulli invidens statui meo; gaudio diuturno, quod cum publica felicitate non transit; gaudio constanti, quod nullam admittit amarum penitentiam; gaudio solido, quod omnem replet cordis mei latitudinem; gaudio sancto, quod tantum abest, quod non nocentem efficiat, sicut sæculi voluptates, ut me etiam coram te magis, magisque sanctificet. Noli Deus, an coacta fuerim in luxu, & fulgore vitam traducere, unum semper honorem servandi tibi omnibus hujus terræ dignitatibus præstare. *P. Cheminai in Sermon de Conceptione.*

Nequeo facere, quominus lacrymis prosequar vitium plurimorum fidelium, qui non ignorant imbecillitatem suam, & sibi met non invigilare. Non loquor de illis periculis, quæ præter voluntatem accidunt, quæ humane inhærent conditioni, & quæ præverti vix, & ne vix quidem possunt. Equidem scio, tubicumque homo est, hinc in semetipso invenire pericula, quæ quidem vincere potest, sed non potest fugere: scio Apostolum, Sanctosque conquestos fuisse, quod in semetipsis invenirent periculissimum suæ salutis inimicum. *Isaiah ego homo! Quis me liberavit de corpore moris hujus?* Neque loquor de periculis, quæ ab omnibus vitæ statibus separari non possunt, quæ evitare velle chimericum est consilium, nunquam adimplendum: illud vero me terret, videlicet intueri homines quibus tot vitæ impugandi inimici, tot occasiones, & pericula evitanda, homines, qui suam sententiam infirmitatem, quibus de eadem persuasum est misera experientia, quin semet teneantur a periculis, quibus inviti licet vitæ obnoxii, addere alia voluntaria, quæ ratione occasione amittendi gratias, quasi intus, & extra non habere satis causa trepidandi; & quod magis mirum est, videre non tantum mundi sectatores nullo in discrimine habentes salutem suam, verum etiam regulares, qui non ideo vellet vel minimam suam oblationem sacrificare. Videtur sese fecerit immiscere negotiis, quæ nulla adacti conditionis suæ causa suscipiunt, sed in qua vano, & inquieto spiritu ut plurimum conjiunguntur. Videtur teneras fovere necessitudines, commercia, quæ culpa vacare creduntur, quia ibi nihil deprehenditur, quod pudorem dedecet, ubi tamen difficultissimum est inter officii cancellos sese continere. Videtur sese festivis, liberisque coëtibz immiscere, unde exulat Charitas, ubi versuta regnat obediencia, ubi omnes omnia fave volunt & omnia dediti sibi vindicant facultatem. Verbo, videtur omnibus interesse voluptuariis societatibus, quia choræ, & comedie ipse excipiantur. *P. Cheminai, Sermon de Conceptione.*

Si vere illi estis suavitatis gratia, quam vobis afferre oblationem potest Mundus, a quo vosmet alienare non vultis? Cum etiam spondere possitis de cordis vestri fragilitate, vobisque pollicerifuturum ut mundus minime vos fallat tot in occasibus, & periculis, quibus humana imbecillitas resistere nequaquam possit; quid in hoc mundo est, quod vestram estimationem mereatur, ac pralationem? Quibus rebus immorimini, nisi magis inutilibus, quæ, ut serius, cum vobis destituta sunt, & quæ in altera vita vos non subsequenter? Quid ibi auditis, nisi improbos sermones, & placita vestro sensui erga bonum adversantia, vel illum imminuentia? Feliciores nexu, quos illic habetis, mera sunt urbanitatis officia, quæ vobis negotium faciunt, & vos fatigant. Cæteris, quibus interestis, sunt scæne, quæ quidem placent, sed placendo vos fascinant, atque quidem illadunt. Ex his autem voluptatibus, societatibus, honoribus, divitiis cedit vobis nisi timor æternus? Quid ibi commune est, cum Iesâ Christi, quem diligitis, imitatis? Quidam prodest homini sese silvare cupienti, sese infinitis obicere periculis, quæ pertrahunt in interitum? Virtutem suspiciat, quæ pertrahunt in interitum? Virtutem hujus amorem vobis fudent. Si antiquos præterite vitæ vestre errores desistis, alia vobis vitæ ratio est amplectenda, quæ totos occupet dies, qui vobis ad vivendum superflui. *Sermo P. Cheminai.*

Narrat Scriptura infelix Israelitarum facinus contra Tribum Benjamin susceptum, cui non aliud prætexebant, nisi aliquid querelis, & privatas noxas juxta mundi consuetudinem. Cum pluries ad aram concursum fuisset, manique conferte, variate fortuna, tandem victorice signum non aliud fuit, quam summi columna: Cum committeretur prælium filii Israël, quasi columna summi de civitate conjurgit. Hoc verum est symbolum nostrorum trephorum in mundo: vilis utilitas,

inanis oblationum sæculi perquisitio, vapor sese attollit in ærem nostrorum consiliorum, & desideriorum mobilium: intumescit quidem, nobisque videtur, tamquam fulgens edificium, sed statim constutum nostrorum inconstantia efficit, ut dissipetur; & nil aliud in fictis hisce elationibus pariat, quam fumum. *P. Cheminai.*

Superbia, ambitio, vanitas constantem caracterem spiritus mundi. Mediocris fortuna nunquam mundi sectatoribus arrisit. Omnes exerendi conatus sunt, ut ex pulvere emergamus, & super aequales attollamur. Nunquam fas est, esse voti compotes, donec aliam intuemur sedem illi superiori, quam tenemus. Superbia prima qualitas est, & ambitio primum rudimentum, quod recipimus, in schola, & famulatu superbi hujus Domini, & magistris. Divitiæ sunt idolum universale, cui mundani omnes nuncupant vota. Voluptatis amor est velat anima omnium desideriorum ipsorum. Mollioritas, intemperantia, impudicitia non solum in mundi servitute probantur; immo hæc unica est merces servitutis. Simplicitas, bona fides, refectio, inde exultat, & mortificationem virtutem adeo necessariam, adeoque in Christianismo commendatam mundi affectu perhorrescunt. Laxus, ornatus, vanitas, sunt insignia famulorum, vel ut melius dicam, captivorum mundi. Tyranno huic oblectantur requiem, vigilas, sanitatem suam sacrificare, conciliare cum his omnibus quælibet suis simul, & mundi famulatum. Quæ impietas? Quæ stultitia! Arbitrari se utrique simul esse placitum! Quærite quæcumque vobis placuerit artes, nunquam vobis cedet & sententia ut utrumque consocietis. *Pater Gressit in Aferitis Exercit. Tom. 5.*

Anime Sanctæ, ac religiosæ beatas semet existimate debent, quia Deus illis immiserit odium mundi, quo acta omnia penitus reliquerunt, atque reliquunt omnem, quam cum illo habere possunt, necessitudinem, nisi forte inevitabilis necessitas aliqua in oppositum urgeat; difficillimum quippe est odisse illum permanere cum illo. Neque dixerim hoc omnino fieri non posse: quandoquidem tot insignes facultates vultu huius fecerunt in mundo versantes, & Deus electos suos habet ubique, & aliquos salvos facit inter magna pericula, sæculique improbitatem: Sed latendum est in hoc gratie Omnipotentem elucescere, & hodierna die salutis suæ in mundi commercio proficere rem esse periculose plenam alee, & eo periculosiore, quo facilior exillitur. *Christiana Infrascripta pro decima quarta post Pentecosten Dominica.*

Sanctus Angelus explicans verba hæc Filii Dei, *Veni enim princeps mundi hujus & dicit demonem, qui hic a Salvatore Mundi Princeps vocatur, procul dubio non esse Principem coli, & terre; quæ vulgo mundi nomine significantur, quandoquidem Deus illa creavit, & regit. Sed Princeps est, ait ille, amator mundi, qui in Scripturis Mundi vocatur: eodem sensu, quod in communi nostri sermonis usu mundum vocamus eos, qui de mundi bonis dumtaxat solliciti sunt, & qui ex mundi spiritu vivunt. Mundi dicitur, laudatus Doctor ait, amator mundi. Itaque secundum verbum Filii Dei, a quodam ex præcipuis Ecclesiæ Doctoribus explanatum, idem ac unum est Demonis servum esse, & esse mundi amatorem. Quod si mens perhorrescit cogitans, quod homo Salvatoris sanguine redemptus fiat demonis mancipium: quanto magis horrere debemus amorem Mundi, quo huic servituti subijcitur? *Ibidem.**

Quid est mundum amare? Hoc ab ipso Dei Filio audiamus per os Prophetarum loquentem. Nolite amare mundum, neque illa, quæ in mundo sunt; bona, honores; voluptates; amare hæc, suam in his affectionem collocare, hoc est diligere mundum, ac sese Mundi hujus Principi subijcere. Non pauci tamen seipsos fallunt. Quamvis de Deo ne cogitent quidem, audacter dicunt, se non diligere mundum. E contra vero se illum odisse protestantur, sextent in eo se reperire offensivos causas, se ibi plurimam esse ebnoxios ærumnis, laboribus, pœnis, sive in honore, sive in bonis suis, sive propter alienos, sive propter domesticos. Itaque necessarium non est, vobis satisfacere mundum ad hoc, ut sitis mundi amatores; satis est, si illum sequamini, & illius impotentiam perferatis, quin tamen admodum solliciti sitis, ut inde vosmet liberetis. Nam hinc etiam cognoscit potest, affectum, quo illum persequamini esse ardentiorem, neque extingui, licet ille vobiscum agat contumeliosus. Servi cæcis, sed tales esse vultis; Vobis nonnumquam illius cætas deferre placet, illas amatis, atque iniquo feretis animo, si illæ vobis adimerentur. *Ibidem.*

Hæc in re mortalium perique fallaciter rati se mundum diligere.

Ambitio, & superbia famulorum mundi.

Quæ gratia Deo accit deus illi quæ a mundo se crevit.

Mundi foga. Interitum mundi vult qui non vult a mundo secedere.

Quid nobis interitum mundi vult qui non vult a mundo secedere.

Quid proprie sit mundum diligere.

Quam modica res sit hic mundus secundum spiritum mundi verba.

Nequequam diligere.

dum amando iis, quæ debent Deo satisfacere posse, extrinsecus illis aliqua Religiosis officia præstando. Non cogitant Salvatorem nequaquam dicere de mancipiis Principis mundi hujus, hos illum odio habituros, sed contemptum dumtaxat. Quinam vero major contemptus fingi potest non Regis tantum, sed Dei, quam illis opposita facere, quæ ab illo imperantur? Jubetur mundum odisse, & mundum tantum diligimus. Jubetur fugere voluptates, terra hujus bonis non adherere, dignitates, & sæculi honores non ambire; sed nihil præter illa requiritur; quomodocumque aptius ostendere possumus nos non esse de hoc mundo, & ex numero cultorum illius, quam contemnere quidquid illi plurimi facit, & plurimi faciendo quidquid ille contemnit?... Videmus homines qui omnem extrinsecus Religiosis speciem teneant; qui Deo externam crishabitu tribuant; cor vero, ac spiritum mundi plenum habent. Ad veritatem hanc probandum aliqua ingratu occasio, ubi de levi fortuna, & exigua aliqua dignitate agatur: Deo præsertim mundum. Statim relinquimus Deum, ut spiritum mundi sequamur. Neque hæc de impiis dico; de illis dico, qui vian non abnormem ducere videntur, & qui nihilo scilicet reipsum mundo penitus sese devoverunt. Non pauci etiam in mundo sunt, qui se Deo famulari profitentur; quos tamen ille tantum suos nunquam excipiet. Non desunt, qui rati se sibi meritorum suorum mercedem affectuorum sperantes, condemnationis furo, quam minime expectabant, sententiam recipiant. *Ibidem.*

Nosmet in mundum injicimus sine metu, quamvis illius pericula non ignoramus. Hoc est furem imitari, in penitentiæ sylva partem accedentem, ubi se a faciaris in insidiis positus se expectat. Salus nostra æque periclitatur, ac insipientis illius vita; interitus noster æque certus est, ac mors ejusdem. Neque enim mundus ardentem conquirunt, ut a nobis sit, quin deinceps illi adhereret. Hic autem constans mundi affectus, apertissimus est reprobationis caracter; quæ tunc fit æque certa, ac illa mundi ipsius, qui diligit, & in quem Dei Filius sua maledicta contorquet. Neque putes mundum pro nobis delicias tantum habere; dolores veri ibi sæpius, quam gaudia, sentiuntur. Sed Mundi amator affertur his dolorum, & voluptatum vicibus, alius quidem deglutientis, alius vero delibandis, prioribus per posteriores curandis, quantum fieri potest, videt vincula sua, quibus nititur in singulas horas confirmari. Non cogitat amplius de sua calamitate, inquit Propheta, quasi columba seducta, non habens cor. *P. Segneri in Melitæ. Tom. 3.*

Quomodocumque in tanta hæc mundi corruptione saluti nobis consulere possumus? Non aliter, quam Iesum Propheta monitis obsequendo. *Esse te quasi columba nudifans.* Quamprimum vobis solitudinem querite instar columbe autugentis, & in rupibus sedem suam edificantes. Recedite a mundi sectatorum consuetudine; neque enim a mundo seceditis, nisi procul ab illis discederitis. Tandem aliquando infringenda sunt hæc vincula strenuo quidem nisu, verumtamen necessario. Eo in situ, in quo sumus, non alia nobis restat ad salutem via, quam incitum cum mundo necessitudinem penitus infringere. Post anathemata, quæ contra mundum protulit Deus, possumusne ignorare pericula, in quibus salus nostra versatur: ea vero cognoscere possumus, quin consilium capiamus a mundo fugiendi? Frustra mundus sub oculis nostris omnes illecebras suas explicat; fallacia dumtaxat nobis bona promittit; virulentas voluptates obijcit; blanditur solum ut fallat illos, a quibus auditur. Quodcumque de nobis cogiter, vel dicat mundus, posam nostra vivendi ratione illorum placita, sensusque damnamus. Hic tandem non aliud vult nisi manus insipientium, adeone est difficile eorum judicia, & irrisiones contemnere? Si ad montium cacumina pervenire non licet, ut oculos mortalium fugiamus, nosmet mundo in mundo ipso abscondamus. Vigilantia, lectura, oratio, boni mores, loci, ubi nobis vivendum est, iniquitatem compensent. *Ibidem.*

Mundum hunc ex nihilo eduxit Domine omnipotenti dextera tua, & ne naturales eæ formæ, quibus illum decorasti, nimis validam in cordibus nostris impressionem efficerent, nobis ostendere voluisti quanti a nobis essent faciende, jugibus eorum vicissitudinibus, quibus illas tua Providentia subijcit, nos edocens, illas nihilo immitti, & per se nihilum esse, quandoquidem idem easdem illas & nasci videt, & interire. Et profecto quid est mundus, quem tanto amore prosequimur? nisi flos, qui statim flaccescit, ac in pulverem redigitur, nisi fructus, qui ubi ad maturitatem venit, dilabatur, nisi arena granum, quod vento

exuffatur, nisi imaginis representatio in speculo; nisi parum fumi, quemadmodum loquitur Spiritus Sanctus? His comparationibus Deus nobis significare voluit, non mundum rem esse parvam, sed illum in se vere nihilum esse, illum in facis litteris comparans iis, quæ in rerum natura minus sunt solida, & maxime tenuia. Sed licet id quod mundi pulchritudinem consistit, & amorem allicit nostrum, bona, honores, voluptates in se aliquid essent reale; hoc nobis nihilum esse deberent; quia diu illis frui minime possumus, & quantumcumque ea diligamus, sunt necessario a nobis relinquenda. Hæc omnia nobis nihilum esse debent; quoniam ad aliquid facti sumus, majus, sublimius, diutius permanens, diutiusque duraturum. *Autior Anonymus.*

Mundi vanitas sese manifestat in spectaculis, choreis, saltationibus, & ibi majori cum pompa censebit. Neque ideo dixerim hæc omnia per se mala esse, ne christianis veritatibus vim faciam; sed cum Sancti Patres acriter invecti sunt contra hæc mundi flagitia, saltem nobis credendum est illa esse periculo proxima, & sepe etiam perniciosa, quippe sunt juges occasiones peccandi; præsertim vero choreæ, quibus nobis interfert mulieres, non satis bene tecta, quæ scandali causa est nunquam satis improbanda. In saltationibus vero, quibus homines & plebe gaudet, cunctantur cantiones quadam æquivoces, accipitibusque verbis reseruisse, quæ pravis cogitationibus aditum præbent. Videtur ibi sexus utriusque persone eam præbere. Videtur ibi sexus utriusque persone eam præbere. Videtur ibi sexus utriusque persone eam præbere. *Le Chretien Inconnu.*

Quæ magis in mundo fortune appellantur, magna sunt nomina parum aliquid significantia. Prædium aliquod coemptum, iura quadam prælationis acquirit; tituli antiqui in recentem familiam translati; Magistratus honores; aliqua militaria præfectura, pinguis hereditas, quæ nos ex pulvere nostra conditionis educit; ingenium præstans, ac industrium; summorum virorum gratia; Principis favor; hæc omnia conferunt quoddam decus, quod blanditur, quod nitet, quod perstringit; sed hoc ad summum est, fucus veluti quidam in fictili. Licet magnus esset generis, non ideo tamen minus es: es homo, ideoque imbecillus, infirmus, mortalis, & tota humana hæc magnitudo, quæ mortalium idolum est, desinit tandem in cineris pugillum. Nasci possumus in folio, fed nullus est Monarcha, qui de folio in sepulchri putredinem non labatur. Quælibet licet præstantissima dignitas, quævis licet eximia nobilitas ab infirmitatibus immunis non est. Affectus nunquam fortesiores tunc, quam in prosperitate, & affluentia. Morbi, & mors nunquam Principibus viris pepercere. Auctoritas melius constituta, & potestas latius extensa nunquam ab adversis, & ærumnis incolomes fuit. Omnia nobis humilitationis sunt causa, ipsa etiam magnitudo, ipsum genus nostrum, ipsa imaginatio, spiritus nostri tyranni sunt, alia deficientibus. Avarus pauper est inter thesauros suos. Ambitiosus umquamne est sua dignitate contentus? Dominatio habet altum, & imum; & regnum suos tribulos, & cruces. Nulla in terris abit dies sine aliqua nube. Tranquillitas non est naturalis vitæ hujus fructus. Hinc in omni sexu, omni ætate, omni conditione nascimur anxietates, sollicitudines, curas, infirmitates, agrestudines, quibus humilantur. Hæc indelebilia sunt argumenta, ac propria effecta nihili nostri. *P. Gressit in Aferitis Exercit. Tom. 5.*

Queramus quocumque nobis placerit remedia; iis que utamur rationibus quæ possunt excogitari: Mundi spiritus extinguit spiritum Evangelii. Mundo famulari volumus? Deus nos extrudit a suo famulatu. Mundo placere volumus; necessario displicemus Deo. Chimæ, insignificanti stultitia est, velle spiritui aliquid, & aliquid carni deferre. Vivere christiane fide in mollior, atque deliciis: Cælestia comparare bona, sed terrenis inhære: placere Deo, quin hominibus displiceas? ut verbo me expediam in hoc rerum temperamento confidere: hoc est viam sequi, quam neque Iesus Christus, neque ejus Discipuli secuti sunt, aque & ab arcta, & a lata via semotam; hoc est Jerusalem inter & Babylonem, novam condere civitatem. Ita tamen qui moderatores habentur, utraque hæc extrema conlociare conantur. *Ibidem.*

Audite Jesum Christum clamantem: duobus dominis servire non potestis, Deo, & Mundo: Audite unum ex Apostolis dicentem; *Adulteri nescitis, quia Iacobi & amici.*

Choreæ, saltationes mundi cæcus non vult periculo propter scandala quæ frequentia sunt.

In sublimioribus etiam conditionibus humilitationis causas nascuntur.

Mera illud est modi spiritum cum Evangelio conciliare.

Christianus non debet servire duobus.



amicitia hujus mundi inimica est Dei? Nil inter utrumque medium est, & nulla spes est aliquid medium interveniendi. Est deicere a Deo, & amor ejusdem abrenuntiare, diligere infansum illius. Vero si Mundo renuntietur, namquid ideo sit omnibus, quae Mundus largitur, abrenuntandum est? Audite aliam etiam Apostolum Sanctum Joannem: *Nescite diligere mundum, neque ea, quae in mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est Charitas Patris in eo.* Quidquid mundus dat, aequè vanum, corruptum, virulentum est, ac ille. Sed quid? Oportetne ut Christiani vivant in hac abrenuntiatione? Voluptates audite saltem, si non auditis Apostolos. Quid ipsi polliciti eritis in Baptismo infirmi non in aliquis ordinis Regularis perfectionem, sed in simplicem Christianismum, & in spem salutis? Abrenuntatis Satanae, & pompis illius. Quam vero sint illius pompae, attendite. Numquid Sarras alias habet a facili pompis? Pompe igitur facili, quas ut culpa vacuas credamus, tentatur, ex sententia vestra sunt pompae Satanae, quas vos abominaturos esse promissistis. Promissio hac adeo solemnis, quae vos in fideliem societatem juvexit, aliud erit, quam comedia, aut sacrilega irrisio? Igitur mundi abnegatio, & vanitatem ejus detestatio singulis Christi fidelibus est necessaria. Qui mundum relinquit his quod addidit? Recedit ab inimico, oculos avertit, ne videat ea, quae abhorret, cum hoc manus conferens fatigatur, quod cum illo neque pacem, neque inducias facere potest. *Festinus Cameracensis Archiepiscopus in delectis sermonibus.*

Quamplurimi in mundo videntur, qui creata bona consecrantur, qui semetipsos diutina annorum serie torquent, ut congerant opes, ut consequantur dignitatem, quae ipsorum palpat ambitionem, ut satisfaciatur brutali cupiditati novas semper voluptates ficiant. Hos si interrogaveritis quanam sint ipsorum consilia, reddent, sibi non aliud esse, quam semet beatos efficiendi. Verum futuri ne beati sunt, licet ea possideant omnia, quae tanto ardore desiderant? Haecenus nemo repertus est, qui creato inherens objecto dicere fuerit ausus, se contentum esse, nihil sibi esse cupiendum, & se tranquille frui fructu laborum suorum, sed illos sexcentis sollicitudinibus agitados videtis, de desideris in desideria fluctantes, nihil eorum, quae cupiunt, obtinentes, nisi spiritum eorum statim recensitis occurrenti consilia ad eos exercitandos. Ecce quoniam redigatur fortuna quae praeter ceteris conquiruntur, & ecce constant argumentum, quo periturum, eum, qui creaturae adhaerit semper subimet blanditiam; hanc semper desiderio teneri felicitatis consequenda, sed hanc nunquam esse consecuturam. *Lambert.*

Quoniam malorum Christianorum numerus tantus est, nonne robore debemus sustinere quia illam augemus mundi hujus amore? Nonne terga vertere debemus multitudinibus, si vivere volumus, ut decet Christianos? Mundi hujus placita hodierna die prepolent Evangelicis institutis. Tot inventa recentium indumentorum, elegantiae, comitatus, tot versutiae in mundi negotiis regendis, tot voluptatum genera, quae probat consuetudo; omnia hac urbanitatis officia, & plerumque leges, quae sunt, ut homines sese accommodent mundo, avertunt omnino fideles ab obedientia, quam debent Deo. Nequaquam; non possumus hoc in loco dissimulare veritatem, quia prodamus nostrum ministerium. Unquamne Dei mandata recogitamus; unquamne ad illius gloriam laboramus, cum observare contentidimus usum in mundo receptos? Qui etiam vera honestate conciliari possunt, & cum christianis officiis congruere, non sunt damnandi; sed leges, quas passim sibi praescribunt, & observant homines in mundo, non tendunt alio, nisi ad spiritum dissipandum, ad exsiccamendam omnem pietatem, ad inspirandam superbiam, vel effeminatam mollietatem. Omnia ea, quae palam sunt criminosa; neque enim fert animus ea modo in lucem proferre; caute enim aures ea pari non possent, & id mihi

meum vetat ministerium. Fatendum est tamen summo cum dedecore nostro, mundi hujus, inimici Dei spiritum imperiosius regnare in cordibus omnium fere mortalium; & omnibus modis, & hoc praetextu urbanitatis, & elegantiae mundi Principes petrabat animas in vincula sua, easque furripit Salvatori. Fatetur equidem non desse viros solida virtute praeditos in omnibus vitae statibus, & conditionibus; & ubique Sanctos inveniri, non infiores sed inter eos, qui vulgo fideles nuncupantur, illi non expleant majorem numerum; sed multitudinem, ac turba sese accommodat, & ut ita dicam, subijcit generali corruptioni hujus saeculi. Oportet igitur mundo abrenuntiare, oportet odisse mundum, non autem personas, quae illum componunt: sed placita, quae sequitur, si volumus vere esse Christiani, ac vera praediti virtute; alioquin enim si mundi legem secuti fuerimus, cum illo peribimus. *P. la Peste Tom. 4.*

Seculi amatoris perfecte norunt quid mundum deceat, & callent officia mutua quae varie imponunt relationes, quibus alii cum aliis junguntur; quod autem pertinet ad Dei cultum ignorant, vel ignorare videntur inevitabiles obligationes, propter quas hoc vel illud faciendum est. Verum nonne Christiani nomine, quo nuncupamur, abutetur ille, qui omnia hac mundi placita sequebatur, & Jesum Christum imitari desinere? Possimusne mollem, ac delicatissimum vitam ducere, & pro legislatore, ac Magistro Deum patientem habere? Possimusne proficere Evangelium adeo oppositum pravis studiis nostris, atque cupiditatibus, & majorem dici patrem in Ethnicis deliciis traducere? Hoc est non praestare fidem, quam obligavimus in baptismo, & fidem nostram abnegare. At enim inquit fortasse, oportet esse sine honestate, reverentia, gratitudine, ut renuamus nosmet moribus, & voluntatibus Regis nostri nosmet conformare. At Deus non vetat officia, quae in vita civili nobis sunt obanda, dummodo non sint Evangelio contraria. Immo et contra Dei voluntas est, ut ea omnia exerceamus officia, quae a nobis status noster, & nostra conditio requirit. Attamen nobis separare non licet necessitate eas exercendi virtutes, quas nos Salvator noster edocuit, & quae ipse etiam exercuit, ab aliis, qualis est omnia vitae civilis officia obire. Licetene potest mundum sectatoribus oblivisci, quemadmodum Filius Dei auctor est, legis a nobis observandae, ita esse quoque exemplar obedientiae, quae lex eadem nobis est adimplenda? *P. la Peste Tom. 4.*

Mundus est Jesu Christi inimicus, & persecutor Sanctorum. Ille Martyrum sanguinem fudit, ille veneficiis suis terram universam corruptit. Hae est Babylon, mater omnium abominacionum, & omnium Dei servorum interfectorum. Difficile est vivere inter mundi amatores, quia hi te vel corruptant, vel persequantur. Vitam terre nequeunt, quin dampnem suam. Vivendum est, ut illi vivant, si illorum amicus esse velis; omnesque tibi expectandi sunt effectus odii, si aliter vivis, ac illi. Quia vero illi, quibus mundus placet, vel qui placere volunt mundo, eique displicere abnuunt, majores sunt in numero quam qui illius & blanditiis, & minis resistunt; idcirco Scriptura nobis exhibet Babylonem tamquam meretricem ex aureo calice propinantem virus plerisque mortalibus, & universam fere terram corruptentem. Illa igitur opponitur regno Dei, quia vult adorari, amari, coli pro illo; quia jugiter constat servos ejus allicere ad se, & mortem inferre illis, qui secum commiseri desiderant. Sed illa peribit aliquando, & praecipis in infernum ruet, cum Jesus Christus improbis omnibus dicet; Abite maledicti in ignem aeternum. Tunc Deus possit jam sub pedibus suis inimicus regnabit; denique tunc mundus hic Dei inimicus cum omnibus cultoribus suis in aeternam desperationem submergetur, in nullam reditus spem, sine praesidio, sine modo aliquo redeundi ad perfectionem horum bonorum, in quibus summam suam felicitatem constituerant. *P. la Tourneur in Anno Christiano Tom. 6.*

Urbanus testis officii concilii possunt cum lege & Evangelio.

Urbanus testis officii concilii possunt cum lege & Evangelio.

Servi Dei debent eorum odium mundum, & sectatorum ejus.

# O B E D I E N T I A.

obedientia cum religiosa, tum ea, quam inferior quilibet, & subditus superioribus, Magistratibus, omnique legitima debet potestati, cui Deus illum subjecit.

## M O N I T U M.



ON agimus hoc in loco de obedientia, quam homo debet Deo, & quam violat quotiescumque leges, & aliquid illius peculiariter preceptum infringit: sed de obedientia illa, quae debetur hominibus, quos Deus aliti proposuit, & quibus suam communicavit auctoritatem, quales sunt Principes, cives, Magistratus, & Superiores omnes, quibus jus est imperandi, atque obediendum exigendi. Cum autem diversa hac auctoritas sit, ac variis superioritatis titulis innitatur: ita differt obedientia seu ratione eorum verum, quae imperantur, seu ratione potestatis, atque auctoritatis illius, qui precipit, seu denique ratione status, & conditionis eorum, qui obtemperant. Eic de obedientia generatim loquimur, quamquam fieri nequeat quominus aliquando ad hypotesin descendamus.

Nihil tamen de illa dicimus, quam servi dominis, filiique parentibus debent; de hoc enim fecimus in titulis ad hanc rem pertinens locum sumus: nisi neque de obedientia, quam divinis legibus debemus, sed tantum hominibus, finem de religiosa obedientia fufius sermonem habebimus, hoc inde factum est, quod vix alibi de eadem differendū locum inveniri posse arbitramur, & quod vix distincta conciones haberi possunt de alii obedientia speciebus.

Cum S. Paulus Apostolus, saepe virtutem hanc primis fidelibus commendaverit, eamque necessariam censuerit ad ordinem, unitatem, charitatem, ac societatem servandam, ambigi nequit, quominus argumentum hac magis fit momenti, & summa necessitate ad evitandas querimonias, obmurmurationes, defensionem subditorum, inferiorumque contra eos potestates, quas Deus pro Regum, familiarumque regimine statuit.

## P A R A G R A P H U S P R I M U S.

Varia Concionum hujus argumenti Systemata.

U M christiana obedientia virtus sit, per quam Deo, locumque ipsius obtinentibus obtemperamus, tria ibi consideranda possumus, quae ad illam ascribitur, fideliter, ac sedulo, quantum fieri poterit, adimplendam impellere debent. 1. Illis necessitatem, quae talis est, ut nemo dispensari queat: 2. illius praestantiam, & meritum, quod tantum est, ut ex omnibus virtutibus hac una Deo sit acceptissima, & sine qua reliquae omnes nullius sint meriti, & illi placere non possint: 3. utilitatem, quam inde pro salute nostra recipimus. Hae est concionis partitio in hoc argumento.

Primum; quod stinet ad obedientiae necessitatem in homine Christiano; error est gravissimus arbitrari, virtutem hanc inter clausula dumtaxat esse amandam. Hae generalis est virtus omnium statum, & conditionum; cum enim nemo sit, qui superiorem aliqua in re saltem non habeat; nemo est, qui obedire non debeat. Reges ipsi, & principes, qui unice a Deo pendunt in ditionis sui regimine, divinis, & ecclesiasticis legibus, quatenus Christiani, subditi sunt; alique agnoscunt superiorem pro sua conscientiae regimine, & ne quid vel contra iustitiam, vel contra imperii sui bonum peccant. Consiliorum, ministrorumque suorum monita acculant. Dicere sufficiat, nullam esse dignitatem, tribunal, potestatem, quae minime norit superiorem aliquam potestatem, cui praeerea debet obtemperare. Subordinationem hanc divina constituit Providentia in mundi hujus regimine, qui alioquin vigere; ac subsistere nequaquam posset. In hoc autem tota res vertitur, quod ut hac politica obedientiam in christianam virtutem migret, opus est, quocumque in statu sis, 1. in eo, cui pares, considerare personam Dei ipsius, cui secundum Apostoli oraculum hac praestatur obedientia; omnis enim potestas est a Deo: 2. obtemperare propter Deum, quia ille vult, & jubet, ideoque ex corde parere propter amorem, quo illum prosequeris: 3. obedire, quasi Deo ipsi obedires, & Jesus Christus per se immediate imperaret; tunc enim docendi minime effemus, quo pacto obsequendum esset; etenim summa cum reverentia, affectione, alacritate obtemperemus, nihilque esset, quod animo magno non aggrederemur &c.

Secundo. Quod spectat ad obedientiae meritum, atque praestantiam, ostendendum est, si omnia opera bona, omnesque virtutes, quae exercentur, in Scripturis sacrificii nomine nuncupantur, obedientiam acceptissimum esse sacrificium, quod offerri possit Deo: 1. quia per hoc sacrificium offerimus illi, quidquid nobis optimum, & charissimum est, nostram voluntatem, & libertatem: quomodo Deus ipse per Samuelem Prophetam ait 1. Reg. 15. *Melior est obedientia, quam victimae, & auferre magis, quam offerre adipem arietum.* Sacrificium itaque primum est, & maximus Religionis actus, quo

Deum rerum omnium auctorem agnoscamus; & praestantissima quoque sacrificia, si contra obedientiam fiant, sunt abominabilia, eaeque a se veluti idololatriae speciem considerari Deus ipse testatur. Denique aliis sacrificiis Deo bona, voluptates, vel ad summum corpus nostrum sacrificamus: sed per obedientiam, animam nostram, cor nostrum, nosque metipsos devovimus... 2. Hoc sacrificium est Deo acceptum, quia difficillimum est; homo enim nulli rei magis adherescit, quam propriae voluntati... Hoc autem est seipsum abnegare. Fides quidem jucundum est Deo sacrificium, quia per illam mortalis suum intellectum, omniaque rationis lumen sacrificat. Voluntas vero in homine non quid nobilitate minor est intellectu; & illius sacrificium, quo per obedientiam offertur, minus ergo eidem erit acceptum: Hoc sacrificium est integerrimum, & absolutissimum; non solum quod homo sine exceptione se divinae offert majestati; verum etiam quod cetera continet sacrificia, omnes alias virtutes exercens, & earum etiam meritum obtinens, quae, ut obedientiae satisfiat, non exercentur. Addi insuper potest, omnes virtutes nostras, omnes bonas actiones, omniaque opera bona, a Deo non recipi, nisi quatenus conjuncta sunt cum obedientia, & secundum praescriptum ordinem facta sunt.

Tertio. Quod spectat ad eas utilitates, quas ex obedientia percipere possumus, quocumque in statu simus, ad tres praecipuas redigi possunt rationes salutis, quae semper ob oculos nostros debet obversari. 1. Obedientia via tutior est, quae nos illic adducat. Non falli, neque errare possumus obediens illi, quem nobis ducem praefecit Deus, dummodo nihil contra Dei legem praecipiat. 2. Hae rector, & brevior est via, & ea, quam ipse Deus indigitavit. 3. Facilior quoque est, ac suavior, quae nos sexcentis eximit curis, & nihil magnum a nobis effugiat.

Quidquid hoc in argumento ad morum disciplinam cum utilitate referri potest, ad duas redigatur veritates, quae concionis hujus partitionem possunt efficere.

Prior est, eos, qui legitimam in nos habent auctoritatem, erga nos Dei locum obtinere, ideoque illis obtemperandum in iis omnibus, quae contra Dei legem non sunt.

Posterior, quae ex priori illa consequitur, est, parendum esse imperiis eorum, qui praesunt, veluti oculis, per quae Deus nobis suam aperit voluntatem.

1. Obedientia est prima virtus, quam Deus ab homine in statu innocentiae petierit, ut ea servaret bona, quibus a Creatore fuerat cumulatus, utque eam gloriam, cui destinatus erat, mereretur: ideoque hac virtus necessaria est, ut quodammodo impecabiles evadamus. 2. Hae ipsa prima virtus est, quam Jesus Christus a Christiano exigit, ut innocentiam recipiat, ut Christianismi gratiam obtineat, ut vitam Christianam dignam traducat. 3. Hae praeterea prima res est, vel saltem

R 4 maxi-